



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 3. Quomodo filius hominis traditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Matthaeus
& Lucas
per recapitulationem
de cena agunt.

coniuium, ubi de vnguento p'ciso fit commemoratio: Inde venit in Hierosolymam. Sedens super aedilium. Deinde postea geruntur ea, quae narrant post hunc aduentum eius in Hierosolyma gesta. Ex illo ergo die, quo venit in Bethaniam, atque illud de vnguento factum est, usque ad diem quo ista omnia gesta atque dicta sunt, intelligimus etiam Evangelistis non commemorantibus, consumptum fuisse quadriduum, ut occurreret dies, quem ante biduum Pasche duo definiunt. Lucas autem cum ait: Appropinquarebat autem dies Festus azymorum: non expresse biduum, sed hanc propinquantem, quam commemorauit in ipso interuallo bidui debemus intelligere. Ioannes vero cum dicit, proximum erat Pascha Iudeorum, non hoc biduum vult intelligi. Sed sex dies ante Pascha. Proinde cum quidam post hoc dictum commemorasset. Tunc iam volens ostendere, quam proximum fuisse Pascha dixisset. Iesus ergo ante sex dies, nquit Pascha, venit in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem et cenam ibi. Hoc illud est quod commemorat recapitulationes Matthaeus & Marcus, cum iam dixissent, post biduum futurum Pascha. Reapertum ergo ad illum diem redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies Pasche, & narrant quod & Ioannes de cena & vnguento: unde ventus esset Hierosolymam, & peracta illi quae narrata sunt peruenturus ad diem, qui erat ante biduum Pascha: unde isti digressi sunt, ut recapitulando commemorarent, quod ante in Bethania de vnguento gestum est.

§ 3. Non tamen incommode rationem eorum soluit doctissimus annalium conditor, qui negabant, eodem tempore Iudam posse esse Bethaniam, & Ierosolymis; loci enim illa est propinquit, ut facile ire & redire potuerit: cum enim spacium esset 15, stadiorum, quod hora vna confici potuit, non video, cur non excurrere furore suo actus potuerit: negat enim Iudam venisse ad concilium, sed tantum principes conuenisse. Et recte sane, nisi hic aliud consideretur: reuera interuallum vrbis, & vici non impedit propositum Iudae, in scelere regnari, & ardentis. Verum tamen ratio Auctorum contraria sententium non ita invalida est, ut prima fronte appareret. Consideranda enim aliquot circumstantiae occurrunt.

Prima est, cenam fuisse, hoc est, vespertino tempore inchoatam. Deinde eo anni tempore, cum nox est aequata diei: ut iam mensae initium fuerit ad lumina.

Tertio, Iudam finem cenae expectasse, non enim audito Domino, mox abrupta cenae erupit, sed dissimulata in finem expectauit.

Quarto, Cenam fuisse sollemnem, in qua hospites tractati, Martha ministrabat, ideo non ita breuem ut solet esse cena ordinaria, sed protractiorem, non luxuria, sed caritate, sacrique colloquii. Ex quo consequitur, Iudam iam multa nocte Ierosolymam venisse, noctu cum principibus sacerdotum, & magistratibus tractasse, quod non est verisimile, cum praesertim plures appellaret, & illi pecuniam quasi communi consilio, & de publico promittant.

§ 4. Alia duo argumenta adducit conditor Annalium. Ex his itaque iam satis liquido de Lazarum videtur, duo diuersa, diuersisque diebus exhibita fuisse Iesu coniuiua: quorum primum factum dicitur in domo Lazari a mortuis excitati, in quo Lazarus ipse vnus ex discumbentibus fuit, Martha ministravit, Maria eius soror pedes vixit, & Iudas ei detraxit: Alterum vero apud Simonem cognomento leprosum, quo accedens mulier habens alabastrum (vas scilicet ex alabaistro factum) effudit super caput recubentis;

quando non vnus Iudas? Sed & ceteri discipuli indigni sunt, ut tunc Dominum se viderent pro illa habuissent dignitatem a prima diuersam, & addidit dicens: Amen dico vobis, vbicumque praedicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit haec, narrabitur in memoriam eius.

At non dicit Ioannes in domo Lazari coniuium institutum. Sed: Iesus ergo ante sex dies Pasche venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem et cenam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.

Bethaniam venit, ibique institutum est coniuium non domi Lazari, sed Simonis, fecerunt et cenam ibi, non modo Lazarus cum fororibus, sed & ceteri discipuli, qui Bethaniam habitabant, & Lazaro accensus fororibus familiares erant, credidisse. Non dicit quo loco fuerit habitum coniuium, nec a quibus institutum; quia communi consilio, & opera factum. Tam autem in aliena, quam sua domo accumbere Lazarus potuit, & ministrare Martha.

At vero apud Ioannem pedes vngit, & capillis extersit: apud Matthaeum & Marcum effudit vnguentum super caput recubentis: In priorie coniuium solus Iudas, in altero alij etiam discipuli murmurarunt.

Respondent nonnulli vnguentum capiti infusum ad pedes vsque defluxisse; sicut vnguentum in capite Aaron, quod descendit, vsque in oram vestimenti eius. Verum aduertant illi, non potuisse fieri; ut cum Christus recumberet, tanta copia descenderet in pedes; iacebat enim in lectulo conatorio, more tum vlitato. Deinde ipsa pedes vixit, & capillis absterxit, quo indicatur, non solum deflexu pedes tinctos, sed ex proposito vinctos, & capillis absterfos. Itaque dicendum est: eodem vnguento & caput, & pedes vinctos; totum pene effusum in caput, reliquias in pedes; hoc Ioannes recenset, ut mulieris charitatem, & Christi dignitatem indicet; Illud Matthaeus & Marcus, quod totum pene infusum capiti fuit, illis vero duntaxat propositum fuit, ostendere causam cur Iudas in eum furorem venerit, ut prodere Christum cogitaret.

Quod Ioannes Iudae soli murmuracionem attribuit; causa est, quod ipse malo prauoque animo, furtis intentus, pauperum simulata cura mulierem reprehendit, alij vero bono quidem zelo, & amore egenorum improbant, sed non secundum scientiam. Murmurasse autem & reliquos, apud Ioannem indicio est Christi defensio, qua appellat, non vnum Iudam, sed plures. Sinite illam, & semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habetis vobiscum. Quod nescio cur soli Iudae diceretur, qui Christum non amabat, sed quastum, quem extolli capiebat.

QUESTIO III.

Quomodo filius hominis traditur?

§ 1. Traditus est a Deo ad redemptionem hominum, permixtus impiorum potestati, traditus a Iuda pecuniae amore, a Iudeis odio & inuidia;

Pilato, metu Cæsaris, à seipso, cum potentia se non opponit inimicis. Tradiunt autem ut crucifigatur, summo supplicio, & feruili afficiatur.

S. Caluinus, Pareus, Gommarus, alij; rigidi Caluiniani ideo traditum aiunt, quod aliter nobis placari Deus non posset. [Ita duplex huius fuit sententia, primo ut testatum faceret sponte ad mortem Dei filium descendere, ut mundum reconciliaretur: quia neque aliter expiari poterat scelus reus, vel acquiri nobis iustitia.] Poterat sane aliter, sed Deo visum est, hoc modo expiare. Caluinus autem Deum negat, de suo iure quicquam posse remittere, & tam esse necessarium, ac naturale punire peccatum, quam odisse. Multo vehementius Sibrandus, cuiusque collegæ errorem illum vident, quos alia parte Vortius libro de centum erroribus Sibrandi refutat. Sed & ipsa veritas, ac diuina Maiestas hoc ipsum nos docet. Cum enim misericors sit, & liberi arbitrij, potest peccatum, quod odit, liberali beneficentia remittere. Imo hoc ipsum quotidie facit, in illis, qui sanguine Christi expiati non sunt, qui apud inferos torquentur, quos cum citra condignum puniat, negandum non est, id liberali fieri misericordiam, quæ penas non omnes, quas iure posset, infligit. Quia in Christi acceptando sacrificio, quo nostra peccata expiantur, Deus patet misericorditer suo intercessit, ut docet Caluinus, quod enim satisfactio nem illam ad supplicationem ordinari, misericordiam fuit, & luminis immunitio. Caluinus lib. 2. In istius cap. 17. Christi passionem negat posse opponi Deo iudicio. [Equidem fateor, si quis simpliciter & per se Christum opponere velle iudicio Dei, non fore, re locum merito, quia non reperitur in homine dignitas, quæ possit Deum promereri.] Quod si igitur non potest simpliciter Dei iudicio, quod est ipsius iustitiæ æquissimum decretum, opponi Christi meritum, ergo ut esset in Christo meritum, de summo suo iure Deum concedere oportuit, atque ut ea esset in homine dignitas, misericorditer rigorem iustitiæ temperare.

VERSVS 3.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas.

QVÆSTIO I.

Quando congregatum fuerit concilium Sacerdotum?

S. I. Ioannis 11. 46. cum quidam ad Iudæos retulissent de resurrectione Lazari, collegerunt concilium, sed hoc diu ante contigit; interea enim Iesus abiit, & moratus est in ciuitate Ephrem, ibidem v. 34. Hoc ergo concilium diuersum est, post Christi ad Pascha aduentum: nam post illud tempus, & miracula in templo, grauissimæque inuectiua, magis inflantur. Conuenerunt autem principes sacerdotum, seu capita familiarum sacerdotum. Deinde seniores populi, de quibus multa est disputatio. Constat autem sic vocari eos, qui dignitate aut magistratu aliquo habebantur.

Beza contra Adrianum Sarauian ex his senioribus suas presbyteria nititur confirmare. Erat senatus quidam Iherosolitarum etiam in Agypto. Exod. 4. 29. Num. 11. etia seniores sunt: alij seniores 18. Exodi qui iudices erant causarum, & Exod. 22. 8. Seniores ciuitatum

Adami Concen in Euang. Tom. 1.

hominantur alij Deut. 21. & 2. Par. 19. Malach. 2. 7. Hi nihil ad Caluinianum presbyterium faciunt, ut ex eorum castis probat Matthæus Sutlinius.

In Græcis adduntur *ἐξ αὐτῶν*, scribe quod ab omnibus Latinis abest, & aliquot Græcis, etiam in antiquissimo Græco Bibliothecæ Molsenensis. Societ. Iesu desideratur. In Syris vero legitur, *conueniunt in atrium Caipha*, Syriace *כַּיִפָּה* Kaipha; *אֵלָּא* non est locus subdualis, sed aula magna, anterior, in qua confessus impiorum fuit; de moribus Caiphae, auaritiæ, libidine &c. vide Iosephum l. 18. antiq. c. 3. & 6. Certe igitur Concilij dies non potest indicari; verisimile tamen est intra biduum illud contigisse; tam enim Pascha vicinum erat, ut non putarent ante festum posse fieri. Vix dubium videtur quin seniores sint ex iudicio, seu concilio Sanedrini; de quo vide Barradium l. 6. c. 2. Luc. 22. adduntur *ἐξ αὐτῶν* duces, quorum sub manu milites; Magistratus templi fuerunt, & quidem Iudæi; quamuis enim Romani ad templum ex eubarent, oportebat tamen intra septa custodiam esse, atque in ipso templo, si quid oriretur aduersi. Atrium enim gentium apertum, cetera clausa erant, ita Titus apud Iosephum l. 7. bellic. 4. Nonne vos d sceleratissimi cancelli locum sanctum prosequistis? nonne literis Græcis, ac nostris incisus tabulas constitulistis? quibus septa ne cuiquam transire liceret edicunt? Nonne eos, qui transissent, quamuis Romanus quis esset, vobis necare permisimus? cum ergo intra ipsa septa tot millia Iudæorum crebro essent, oportuit ad eorum quietem, & sacri loci tutelam milites & duces ex Iudæis esse, quibus ingrediendi ius esset. Christum autem Dominum non vi opprimendum, sed dolo circumueniendum statuunt, v. 4. Luc. 22. 1. Sapient. 12. 13. Timebant enim seditionem in populo præsertim peregrino, qui cum palmis obuiant Domino iterat.

VERSVS 6. 7.

Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

QVÆSTIO I.

Quenam fuerit illa mulier?

S. I. Qvæstio nobilis & multis voluminibus disputata, ut etiam fatetur nosset Maldonatus: ad-disputatio
ego forte operose magis, quam necessario, aut v-
de Maria.
tiliter. Quidam enim tres Marias, alij duas, alij vnam arbitrantur esse, quæ Dominum vnixerunt. Vide Meld. Franciscum Lucam, Barrad. Baron. anno 32. Ambrosius dubitat, & veteres minus certo hoc, aut illud asserunt. Vt res aperte cognoscatur in medium proponam, quæ habent Euangelistæ.

Matthæus cap. 26. 7. mulierem vocat.

Marcus eodem modo cap. 14. 3. vterque vero in domo Simonis factam vñctionem testatur.

Ioannes cap. 12. 3. Mariam appellat, atque ex textu colligitur esse Lazari, & Marthæ sororem: quod quidem negari non potest, si quis c. 11. consideret.

Ex horum trium capitum collatione certo constat Mariam sororem Lazari & Marthæ vnxisse pedes domini ante sex dies paschæ, an vero eadem sit cum illa, quæ Matthæi 26. Marci 14. id fecit ex quæstione in v. 2. intelligi potest.

Lucæ 7. 37. mulier in ciuitate peccatrix idem officium præstat, in domo Simonis: id vero contigit in

SI 3

Gali-

Græci vetu-
sti non ha-
bent.

Magistratus
templi.

1118 GOME
112
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200